



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Non rebus modò, sed & affectu rerum se exuit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

ostium, si abesset, relinquebat; quem eius morem vel hoc signo habebat exploratum. Quòd autem aliquando vnã è chartã icunculam fratri alicui priùs dedisset, quàm à Superiore (qui non reperiēbatur) facultatem impetrasset; etiã si quidem & petendã postea facultatis proposito, & opinione facillimi consensus eam donauisset, reliquo tamen vniuersæ vitæ tempore factum deplorauit, idem tamen se culpæ illius apud Rectorem accusans, quam ne obliuio deleret, memoriæ ita commendauit: *Semel vnã imaginem dedi alteri, non priùs petitiã facultate.* Etiã si, vt dictum, petendã facultatis haberet voluntatem, & crederet donationem à Superiore approbatum iri. Die quodam rarã cum animi lætitiã dixit, se, Dei gratiã, nihil iam habere, ne imaginem chartaceam quidem; & si quid reliquum habuisset, protinus allaturum fuisse ad Rectorem. Quamquam non modò non habebat, sed ne habere quidquam cupiebat; sic omni vacabat creatarum rerum cupiditate. Sæpiusculè ab eo scriptum reperio, nulli rei animum habuisse affixum, sed omnibus expeditum. *Nulli, inquit, rei sum affectus; nihil habeo cui afficiar.*

Non rebus modò, sed affectu verum quoque se exiit.

Amore quodam singulari Religiosæ paupertatis, quamprimùm manè luce hiberni folis

Amor paupertatis.

folis